Nos Petrus dei gratia Rex Aragon Valent Maioric Sardin et Corsice Comesque Barchn Rossilion et Ceritan Quia vos fideles nri Justicia Jurati et probi homines vniuersitatis Castri
et ville de Biar site in Regno Valent que ex concessione nra liuit quitauit et redemit noviter Illustris Alienora Regina Aragon Coniunx nra carissima a nobilibus ffrancisca
de Boyl vxore nobilis quondam Bingarii de Vilaragut senioris et a Bingario de Vilaragut milite cuius est Baronia de Reboller et de Oliua sita in dicto Regno et a Petro
de Vilaragut et a Nicholao de Vilaragut fratribus filiis coniugum predictorum qui dictum Castrum et villam de Biar vna cum villis de Ontinyen et de Bocayren cum suis redditibus
et iuribus vniuersis tenebant a nobis certis titulis iuribus siue causis pro certis pecunie quantitatibus pignori obligata duxistis nobis humiliter supplicandum vt foros priuilegia consue-
tudines et bonas vsancias vniuersitati dicti Castri et ville indultos et indultas concessos et concessas per eos qui fuerunt domini Castri et ville ipsius temporibus retroactis ac
per nos quibus villa ipsa vosque et singulares sui vti consueuistis et etiam consueuerunt confirmare ratificare laudare et approbare de solita clementia dignaremur. Propterea vestris sup-
plicationibus inclinati fauorabiliter et benigne Omnes et quoscumque foros priuilegia consuetudines et vsancias bonas vobis et dicte vniuersitati concessos ac concessas indultos et
indultas ac in eodem Castro et villa introductas sicut eisdem rite et melius vsi estis ac dicta vniuersitas et singulares ipsius ipsis melius vsi fuerunt Tenore presentis carte nre laudamus
approbamus ratificamus et de certa sciencia confirmamus Mandantes huius serie vniuersis et singulis officialibus nris eorumque locatenentibus presentibus et futuris quatenus ratificationem et
confirmationem nram hanc teneant firmiter et obseruent et faciant ab omnibus tenaciter obseruari Et non contraueniant nec aliquem contrauenire permittant aliquia ratione vel causa.
In cuius rei testimonium presentem cartam nram vobis inde fieri iussimus sigillo magestatis nre appendicio communitam. Dat Terrachon duodecima die Marcii Anno a nat dni Millesimo trecentesimo
septuagesimo Regnique nri tricesimo quinto. Vidit Ro.

Signum Petri dei gra Regis Aragon Valent Maioric Sardin et Corsice Comitisque Barchn Rossilion et Ceritan

Testes sunt

Petrus archiepiscopus Terrachon Cancellarius

Romeus Ilerden Epus

Petrus Comes Vrgelli domicellus

Hugo vicecomes Cardone Amiratus.

Raymundus Alamani de Ceruilione miles dni Regis Consiliarius.

Signum Petri Martini dicti dni Regis scriptoris Qui de eius mandato hanc confirmacionis cartam scribi fecit et clausit.

Rta.

Excma. Diputación Provincial
Alicante

[illegible]

37

11

11

In cuius rei testimonium presentem cartam nostram

Septuagesimo. Regnique nostri tricesimo Quinto; Vi[...]

Signum  Petri dei gratia Reg[is]

Testes sunt

Petrus archiepiscopus Terrachon Cancellarius

Sig num Petri Martini

P. r. gra

Dominus Rex mandavit

mihi Petro Martini

Credit ea. Ja. F.

Ja. Tones.



Diputación Provincial Alicante

Excma. Diputación Provincial
Alicante